Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum IX

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

et filii regni affligentur hic in interiori homine et exteriori. Nam secundum apostolum qui extra disciplinam sunt non filii, sed adulteri sunt. Et secundum Augustinum qui exceptus est a passione flagellorum, exceptus est a numero filiorum. Unde et idem Augustinus: Nemo sibi promittat quod evangelium non promittit. Necesse est ut usque in finem sic fiat, sicut scriptura dixerit. Non nobis promittit scriptura nostre in hoc seculo nisi tribulaciones, pressuras, angustias, augmenta dolorum, habundanciam temptacionum. Ad istam precipue nos preparemus, ne imparati deficiamus. Quod aliquando peccatores in hac vita aut non, aut minus flagellantur, quia iam desperata est correctio eorum. At vero illi quibus paratur vita sempiterna, necesse est ut hic flagellentur, quia flagellat omnem filium quem recipit, id est quem recepturus est in ~~vitam~~ eternam hereditatem. Addit omnem, etiam unicum, qui sine omni peccato est. Unicum ergo flagellat unicum, sed ~~qui sine omni peccato est~~ sine peccato, vel unigenitum ad optatum. Qui est cum peccato unicus sine peccato, unicus tamen sine flagello. Exemplum nobis prebuit in passionibus suis. Non ergo contristari debemus, cum aliquis sanctus gratia et indigna operitur, si obliti non sumus que pertulit iustus iniustorum, sanctus scelestorum. Omnia enim terrena bona contempsit, ut ea contempnenda monstraret, et omnia terrena mala sustinuit, que sustinenda precipiebat, ut nec illis quereretur felicitas, nec in istis timeretur infelicitas. Hec Augustinus. Expedit ergo nobis tribulari hic et flagellari, et ideo non debemus in hiis frangi vel impacientes esse, sed pocius hic affectare et diligere, quia a malo nos retrahunt et ad bonum inducunt. Contraria vero prosperitatis habere debemus et fugere, quia contraria predictis in nobis efficiunt.

Domine Ihesu Christe qui es inexpugnabilis murus omnium in te sperancium, esto in tribulacione meum refugium. Vide tribulaciones et angustias meas et mei miserere, et per omnes temptaciones tuam in succurre. Vide infirmitatem meam et paterna miseracione me protege, ut tua suffultus providencia numquam tua destituar consolacione et misericordia. Memento domine creature tue, et insidiatores michi hostes a me repelle, ut tua misericordia munitus bonitatis tue dulcedinem in me recognoscam, et dignam penitenciam pro peccatis meis exsolvam. Amen.

Capitulum x

De nativitate salvatoris

In diebus illis, scilicet Maria adhuc pregnante, exiit edictum a Cesare Augusto ut describeretur, id est in scripto redderet universus orbis, scilicet quilibet in civitate sua sub censu, videlicet persolvendo, ut ait Gregorius. Nascituro domino mundus describitur, quia ille veniebat in carne qui electos suos ascriberet in eternitate. Utinam domine de electis tuis me unum facias, et me in eternitate ascribas. Huic Regi nostro debemus censum fidei et iusticie profiteri corde, ore et opere. Huic debemus denarium, id est animam lumine vultus eius insignitam, vel decalogum legis, in quo ymaginem Regis nostri, id est voluntatem eius invenimus. Sicut enim nullus a denario excipiebatur, sic nullus ab observacione mandatorum excipitur. Ubi notandum quod primus Imperator Romanorum fuit Iulius Cesar, qui secundum Ysidorum ideo Cesar appellatus est, quia ceso mortue matris utero eductus prolatusque fuit, vel quia cum cesarie natus est, vel quia fortiter hostes cedebat. Unde ab eo Imperatores ceteri Cesares sunt appellati. Iulio mortuo successit sibi Octavianus Augustus, nepos Iulii, Imperator secundus. Qui ideo appellatus est Augustus, quia maxime rempublicam et Romanum Imperium auxit. Unde ab eo Imperatores ceteri dicti sunt Augusti

ihesus

Hic retento cognomine predecessoris scilicet
Cesare una cum cognomine suo scilicet
augusto vocatus est Cesar augustus. a quo
etiam sext mensis qui prius vocabatur
sextilis dictus est augustus. vel quia in
eo natus est vel quia tunc de victoria redijt
In tempore istius primo incepit potestas
Imperij que grece dicitur monarchia et
regnavit annis lvj et semis. Hic xlij an-
nis circa tempus nativitatis christi in pace
regnavit et tali tempore cupius adventui
isti famulabatur nasci voluit qui magnopere
quesivit. et pacis caritatis que amatores
et sectatores semper invenire dignatus est
Quia enim nasciturus erat Rex pacificus
et princeps pacis. congruum fuit ut ipse
ante ortum suum pacem cum amicitia permitte-
ret. quam etiam pacem ipse postea omnes
in mundo docuit. et exiens de mundo disci-
pulis reliquit. Ex quo etiam moraliter datur
intelligi quod verbum eternum non nascitur
nisi in corde pacato unde psalmista In
pace factus est locus eius. Pacatis igitur
omnibus regionibus per orbem universum.
cum quieti silencium universalis pacis sub
cesaris augusti Imperio perturbata prius secula
serenasset memoratus augustus rem pub-
licam legibus pacificas adequare et mu-
nire desiderans protulit edictum ut descri-
beretur universus orbis. Volens enim
scire numerum regionum in orbe. que dicioni
suberant romane. numerum etiam civitatum
in qualibet regione. numerum quoque ca-
pitum seu personarum in qualibet civitate.
ut sciret que et quanta deberet sibi tribu-
ta dare et sic tributis debitis non fraudare-
tur. et sciret per quem modum singule
terre sub Romano Imperio melius rege-
rentur. preceperat ut de suburbanis opi-
dis et vicis et pagis ubicumque habita-
ret ad suam homines civitatem conflue-
ret ubi territorium habebat. vel originem

traxerant. et quisque denarium scilicet numum
argenteum. precium decem numorum usualium
unde et denarius dicebatur presidi provin-
cie tradens. se subditum Romano imperio
recognosceret. et ad solvendum tributa se ob-
ligaret Nam et numus preferebat Cesaris
ymaginem. et nominis eius superscriptionem.
Dicebatur autem professio. quia quilibet
quando reddebat Cesari denarium. pone-
bat illum super caput suum. et proprio ore
fatebatur se Romano Imperio esse subiectum
Dicebatur etiam descriptio quia numerus
eorum qui censi capite id est censiti vel recensiti
per singula capita et numerati ferebantur.
certo determinabatur numero et in scriptis
redigebatur. Et sic tripliciter profitebantur
scilicet facto quia censum capitis Imperatori
solvebant. verbo quia se esse subiectos romano
imperio ore fatebantur. et scripto quia eorum no-
mina scribebantur. Hec descriptio prima facta est a
Cirino preside Syrie qui missus fuerat a Ce-
sare augusto in Syriam tamquam preses et
Iudex ad ipsam regendam. Iudea quippe
non habuit presidem proprium sed ipsa conti-
nebatur sub Syria cuius pars est iudea
Prima autem dicta potest quantum ad Cyrinum.
quia enim Syria est provincia in cuius me-
dio est Iudea. que umbilicus terre habitabilis.
dicitur provisum esse ut in ea ipse in-
choaret. et deinde per circumstantes regio-
nes alii presides prosequerentur. Vel prima
universalis in qua universus orbis descri-
bitur quia alie particulares precessisse
intelliguntur. Vel prima capitum in civi-
tate fiebat a preside. secunda civitatum
in regione a legato cesaris. tercia regio-
num in orbe. coram cesare. hic primum
Iudea facta est Romanis tributaria. seu sti-
pendiaria. Hec descriptio quot annis id est
singulis annis postea facta videtur. quia
in evangelio legitur magister vester non solvit
hoc anno tributum. Et ibant omnes ut

profiterentur singuli in suam civitatem
unde duxerant originem. Appropinquante autem
termino novem mensium, ascendit secundu
la scilicet et Joseph a nazareth galilee
ubi manebat cum maria desponsata
sibi uxore pregnante in bethleem. inde ci
vitatem david quia ibi natus et in regem unctus
fuit. de cuius domo id est progenie et fami
lia erat Joseph et etiam maria ubi habi
tabat eorum genus et familia. ut et ipsi sicut
ceteri eandem facerent professionem. Un
de dicitur/ propter te etiam capite censum assi
in terris ut et nomine tuum ascribatur in celis
In quo dedit exemplum humilitatis perfecte
a qua salvator incepit a nativitate. et
eam continuavit usque ad mortem in qua
humiliavit semetipsum. factus obediens usque
ad mortem. unde Beda. Cuius non sufficiunt
tanta tamque benigna humilitas miracula.
quia non solum incarnari pro nobis sed et
eo tempore dignatus sit incarnari. quo mox
natus censui cesaris ascriberetur. atque ob nostri
liberationem ipse servitio subderetur. Con
sidera etiam quod licet beata virgo iam concepisset
per regem celi et terre ipsa tamen una cum
sponso suo Joseph imperiali edicto voluit
obedire ut posset cum filio dicere sic decet nos
implere omnem iustitiam. aut per hoc daret nobis
exemplum obtemperandi omni potestati supe
riori. laborat ergo iterum domina longo iti
nere. Nam a nazareth usque iherusalem sunt xxxv.
miliaria. et deinde in declivo montis iherusalem
versus meridiem est bethleem sita que et
effrata est dicta distans ab iherusalem per quinque mi
liaria vel circa. Ex hoc loco colligitur quod beata
virgo licet gravida esset et etiam vicina partui
non tamen ex hoc gravabatur in corpore
sicut fieret de gravida. quia ut dicit augustinus
cum esset virgo gravida salubri levita
te plaudebat. lumine enim quod in se habebat
pondus habere non poterat. Ascendo singu
la singulis Joseph volens solvere censum

Imperatori terreno. ascendit de provin
cia in provinciam scilicet de galilea in
iudeam. et de civitate in civitatem
scilicet de Nazareth in Bethleem moraliter
Joseph qui interpretatur augmentum id est quilibet
nostrum volens spiritualiter augeri. si sol
vere vult censum devotionis eterno regi debi
te passibus virtutum/ et ascendere de ga
lilea id est de mundo et volubilitate mundane
conversationis/ ad iudeam confessionis et
laudis divine. Nam galilea interpretatur
transmigratio/ vel rota seu volubilis Iu
dea vero confessio. Et sic eundo ascendet
de nazareth in bethleem id est a florida vir
tutum actione ad pastum contemplationis
eterne/ in qua vera refectio animarum invenitur
Nazareth enim flos. et Bethleem domus
panis id est domus refectionis interpretatur. Ascendit autem
Joseph cum maria. quia semper debemus
nobiscum habere mariam sicut et Joseph usque
ad mortem habuit mariam. que interpretatur
mare amarum. Cumque in Bethleem essent.
quia pauperes erant. hospitium invenire
non potuerunt propter quantitatem et frequentiam
multorum/ qui ob eandem causam convenerant
Compatere hic domine et conspice delicatam
iuvencula annorum xv. ex longo itinere
fatigatam. et cum verecundia inter homines
versantem/ quietem ubi quiescat + et
non invenientem. Omnes eam et sponsum
licenciant et sic in communi transitu in diversorio
se receperunt. + Secundum Beda diver
sorium est spacium inter duos vicos. ex utroque
latere habens murum. et ex utraque parte
portam. ut sit inde exitus in communem
vicum. desuper coopertum propter aeris
intemperiem. ut in festivis diebus
possint ibi homines convenire. ad collo
quendum et placandum. et figurat
etiam inter paradisum et mundum
existentem. in quo divertimus ab erro
ribus mundi huius. Ibi etiam homines

+ quod in sua civitate aperta una porta sub rupe concava
erat non habens desuper tectum nec hodie cernitur nisi rupem de
monte dependentem. Secundum Bedam etc.

ad illam civitatem propter negocia aliqui
venientes animalia propter aeris intemperiem
locare consueverat. unde et diversorium
dicebatur. quia illuc homines divertebant
Forte ibi Joseph faber lignarius presepe
fecerat bovi et asino. quos secum duxerat
Asinum quidem ut virgo pregnans super
eum veheretur. bovem forte ut ipsum ven-
deret. et censum pro se et pro virgine sol-
veret et de residuo viveret. vel forte ab
alius bovem adduxerat. ut illum ibi ven-
deret. qui tunc cum asino in eodem presepio
comedebat, vel forte ambo hec animalia per alios
fuerunt adducta. Unde Crisostomus. Qualiscunque pau-
per est. accipiat consolacionem Joseph et maria
mater domini non habebat servulum, nec an-
cillam. De galilea, de nazareth soli veniunt
Non habebant iumentum ipsi sunt domini et fa-
muli. Rem novam. Ingrediuntur in diversorium.
non ingrediuntur in civitatem. Paupertas
enim timida. inter divites non audebat
accedere ~~unde~~ ubi cum venisset hora partus scilicet
in media nocte. dici dominice dum nox medium
iter haberet. Nam ea die qua dixit. fiat
lux et facta est lux visitavit nos oriens
ex alto, peperit virgo filium suum primogeni-
tum. hic primogenitus non dicitur hic ordine
respectu sequentis sed privacione prioris.
quia nullum habuit ante illum. unde secundum
Bedam, primogenitus dicitur non post quem alius.
sed ante quem nullus. Et secundum eundem
omnis unigenitus est primogenitus. et omnis
primogenitus ut sic est unigenitus. Et quia
filius dei temporaliter nasci voluit ex
matre secundum carnem, ut ipse multos
fratres acquireret per regeneracionem spiritus.
hinc est ut sic melius dictum primogenitus
quam unigenitus. Et hoc est quod dicit
Beda. quia christus est unigenitus in substan-
cia divinitatis. sed primogenitus in sus-
cepcione humanitatis. In nocte natus fu-
it. quia occultus venit. et ut eos qui in

nocte erroris erant ad lucem veritatis redu-
ceret. Filium quoque natum mater statim ut
deum adoravit involvitque per semetipsam
pannis id est vilibus et veteribus indumentis
unde pannosi dicuntur pauperes qui pannis
induuntur veteribus insil consutis. Et reclina-
vit ac posuit eum non in reclinatorio
aureo, sed in presepio in medio duorum ani-
malium predictorum scilicet inter bovem et asinum
quia non erat ei locus scilicet alius in diversorio
Ecce magna christi paupertas et inopia quod non solum
non habuit domum propriam sue nativitatis.
sed nec in communi diversorio poterat habere locum
convenientem et congruum. et oportuit eum
pro media loci in presepio reponi. unde veri-
ficatum est illud. vulpes foveam habent et
volucres celi nidos. filius autem hominis
non habet ubi caput suum reclinet. Et in-
tellige quod diversorium illud. et stabulum
erat ita animalibus et aliis repletum ut
non haberet locum nisi inter brutalia ar-
tissimum. unde poterat dicere illud psalmi
Ut iumentum factus sum apud te. et ego sem-
per tecum. Primo quievit in virginis alvealo.
Secundo in vili presepio, tercio in crucis pa-
tibulo, quarto in sepulchro eciam alieno.
Ecce quanta inopia. et qualia reclinatoria
Adverte ex premissis quod iam incipiebat statum
perfectionis exemplo docere quod consistit in humili-
tate austeritate, et paupertate. ut vere
posset dicere illud psalmi. Pauper sum ego
et in laboribus a iuventute mea. Hic ergo
dampnantur huius mundi ~~errores~~ honores
ac pompe et vanitates. Itemque delicie.
ac mollicies. et carnis delectaciones. et insuper
divicie et habundancie ac superfluitates
unde Augustinus O amanda. O miranda dignacio
Deus immense glorie. vermis contemptibilis
fieri non despexisti. dominus omnium consorcius appa-
rere voluisti. Parum est visum est patrem nobis
esse. et frater noster esse dignatus es. Et
unde conversor. quod nullam habes indi

graciam· inter ipa natiuitatis tue initia
non horruisti abiectissime paupertatis defec
tus et incommoda· Ut enim ait scriptura· tibi
cum nascereris· non erat locus in diuersorio·
nec cunabula que teneritudinem tuam
reciperet habuisti· sed in uili presepio fe
tentis stabuli· tu qui terram palmo concludis
inuolutus panniculis reclinatus es· et ho
spicium a brutis animalibus mater tua om
nino accepit· Complaceam complaceam· quam in pe
dibus paupertatis enutrimur· quia nobiscum
est deus in paupertate· Non cubat inde
lectis splendidis cubilis· nec inuenimus in terra
suauitatis uocacionem· Quid igitur gloriaris
o diues· res lutea in uolutabro luti picti et
delicati· cum Rex regum suo recubitu stra
menta pauperum honestare maluerit· Quid
dura sancti detestaris· cum tener infantu
lus in angustia matris omnia respuens aureas sericas
aut plumeis lectis duras iumentorum stipulas
prelegerit· unde et Bernardus· Non complacent crepun
dia fatuulos· non complacent cuppi lacrime
cachinnatos· non complacet pannus eius ambu
lantes in stolis· non complacentur stabulum
et presepe amatores primas cathedras in syna
gogis· uigilantibus pastoribus annunciatur
gaudium magnum et eis dicitur esse natus salua
tor· pauperibus atque laborantibus· ideo uobis
diuitibus· qui iam habetis consolacionem
non diuinam· Et utique natus dei filius in
cuius arbitrio erat· quodcumque uellet eligere
tempus· elegit quod molestius est· presertim
paruulo et pauperis matris filio· que uix pan
nos haberet ad inuoluendum presepe ad re
clinandum· Et cum tanta esset necessitas
nullam audio fieri pellium mencionem·
Christus utique qui non fallitur· elegit quod carni
molestius est· Id ergo melius· id utilius· id
potius eligendum· et quisquis aliud doceat uel
suadeat ab eo tamquam a seductore cauendum
Et tamen fratres ipse est promissus olim per ysa
iam paruulus sciens reprobare malum

et eligere bonum· Malum ergo uoluptas cor
poris est· bonum ~~ergo~~ uero afflictio est· Si
quidem et hanc elegit· et illam reprobauit
puer sapiens· uerbum infans· caro scilicet
infirma infantilis tenera· caro omnis labo
ris impotens· omnis operis impaciens· Itaque
iam carnalis homo· fuge uoluptatem· quia por
ta est mortis· per eius delectacionis introitum· Elige
penitentiam· quia per illam appropinquat regnum
Hoc stabulum illud predicat· hoc presepe
clamat· hoc illa membra infantilia ma
nifeste annunciant· hoc lacrime et uagitus
euangelizant· O duricia cordis mei· utinam
domine· sicut uerbum caro factum est· ita car
neum fiat et cor meum· Siquidem et
hoc pollicitus es per ezechielem· auferam inqui
ens a uobis cor lapideum et dabo uobis
cor carneum· Hec Bernardus· Audisti ortum ex
celsissimi principis· audisti sil' et partum regis
celestis· et in utroque arctissimam paupta
tem attendere potuisti· Hec uirtus est illa
euangelica margarita· pro qua emenda
et comparanda omnia sunt uendenda et danda
hec est totius spiritualis edificii primarium
fundamentum· hec est spiritualis uia salutis
tamquam humilitatis fundamentum· et perfectionis
radix· cuius est fructus multiplex· sed occultus
Potuisti etiam attendere in utroque profundis
simam humilitatem· Non enim sunt stabulum dedig
nati· non presepe· non fenum· non cetera
uilia· ad dandum nobis exemplum perfecte humilitatis
Sine hac uirtute salus non est· quia nulla
operacio nostra cum superbia deo placere potest
Nempe ut uirtutes cetere deuenerint uel accepte
fuerint aut seruate consumet· humilitas
meretur et absque ista ille nec esse uirtutes
uidentur· Potuisti etiam attendere in utroque
et marie in pueri ihesu· non paruam corporis
afflictionem· Inter ceteras autem hec etiam
una fuit· quod quando mater sua in presepio eum
locauit et puluinar uel aliud tenue non ha
beret· ad caput eius quendam lapidem ...

sine grandi cordis amaritudine posuit.
interposito forte feno quod ab animalibus
mutuo accepit. Et ut dicitur lapis ibidem
ad huc ille lapis ibidem ad memoriam mu-
tatus videtur. Paupertatem igitur et humilitatis
afflictionem quoque corporis studeas et tu pro
posse amplecti et in hiis christum pro modu-
lo tuo imitari. Unde Bernardus. Tribus exemplis
viam nobis ostendit quam eum sequendo debemus.
Exemplo paupertatis quia in hoc mundo
diuicias habere noluit quod exemplum leue faciat
et expeditum ut currat. Exemplo humilitatis
quia gloriam mundi spreuit quod modicum facit
ut lateat. Exemplo pacientie quia mala sustinu-
it quod fortem et robustum facit ut sustine-
at hec Bernardus. Secundum Anshelmum Redemptor
noster tantis luminibus colluum sue in-
carnationis apposuit ut qui deum in splendo-
re maiestatis fulgentem videre non potuimus.
deum in homine apparentem aspiceremus aspi-
ciendo cognosceremus cognoscendo diligeremus
diligendo summo studio ad eius gloriam
peruenire satageremus. Incarnatus est ut nos
ad spiritualia renouaret mutabilitatis
nostre particeps factus est ut nos sue in-
mutabilitatis participes faceret. Incli-
nauit se ad humilia nostra ut nos ad
excelsa sua sublimaret. Et secundum Crisostomum
filius dei naturalis etiam David filius esse
dignatus est ut nos filios dei faceret
Seruum suum habere patrem dignatus est.
ut nobis patrem faceret deum. Non enim
sursum nec vane ad tantam humilitatem ipse
descendit sed ut nos ex humili sublimaret
Natus est secundum carnem ut nos secundum
spiritum nasceremur. Et quia partus sequitur
conceptionem sicut fructus florationem con-
gruum fuit quod christus qui conceptus fuit in
flore scilicet Nazareth quod interpretatur flos
nasceretur in fructu scilicet in Bethleem.
quod interpretatur domus panis vel refectionis
quod pertinet ad fructum. Cotidie quoque
dominus in Nazareth concipitur et in Bethleem
nascitur cum aliquis flore verbi suscepto
se domum eterni panis efficiat. Id eo etiam congru-
um fuit ut in Bethleem quod domus panis in-
terpretatur christus nasceretur quia ipse est panis
viuus qui de celo descendit quo electorum an-
imas interna saturitate reficit. Natus quoque
in Bethleem que inter omnes ciuitates
Iudee erat exigua noluit quoque terrene
ciuitatis sublimitate gloriari. Etiam non
in parentum domo sed in via nascitur ut se
peregrinum esse et regnum suum de hoc
mundo esse non esse ostenderet. Qui enim dicit
ego sum via qua salutem ad patriam veniamus
In diuersorium se recepit ut nos non pala-
cia sed diuersoria in hoc mundo querere doceret
Stabulum ad nascendum elegit ut cu-
riositatem edificiorum et gloriam mundi
dampnaret. Paruulus factus est ut
nos magnos scilicet viros perfectos efficeret.
et ne velud se homo magnificare super
terram apponeret. Infirmus factus est ut nos
ad bona opera fortes et potentes faceret
Pauper factus est ut sua inopia nos
ditaret et ne de terrenis diuiciis quisquam
se extolleret. Pannis vilibus inuolutus
est ut nos laqueis mortis absolueret
et stola prima inmortalitatis indueret
Manus et pedes eius constringuntur ut ma-
nus nostre ad bene operandum laxentur
et pedes nostri in viam pacis dirigantur
In diuersorio loco eget ut nobis in domo
patris sui mansiones multas pararet
Et sic in presepi angusto positus est ut
lectos delicatos et ampla edificia repro-
baret. et ut nos per celestis regni gau-
dia dilataret et nos locum cordis nostri
sibi gratum dilataremus iuxta illud Fili prebe
cor tuum michi. In presepio etiam reclinatus
est ut nos qui facti eramus sicut iumenta
reficeret et ut cibus esset iumentorum. homo
enim factus est iumentum per peccatum

hec est pulchra (right margin)
et nos (left margin)
in scripturis (margin)

secundum illud ps. Homo cum in honore
esset non intellexit · compa. e iumentis insipi. et si
factus e illis · ideo dns factus e feni/ qd
e cibus iumentorum · quia verbu caro factu
e · et omnis caro fenum · Bos quippe q designat
populum Iudeorum · et asinus q signat populu
gencium dnm in medio habentes · et in
pheno agnoscentes · flexis genibus mas
sueter eu adorabat · et tamquam lauda
des voces dabant · vnde Ambros. Infantis
audis vagitus · non audis bouis dnm agno
scentis mugitus · Agnouit enim bos pos
sessorem suum · et asinus presepe dni sui
Vnde et greg. nazazenus · Venerare presepe
illud per quod cum esses expers ia mutum
animal pastus · nunc verbo et rone dei
Agnosce vt bos possessorem tuum · et sicut
asinus presepe dni tui · sive tu mudorum aia
lium q es et eorum q ruminare nouit · et
verbu dei ad memoriam reuocare · quiqz
etiam diuinis sacrificiis atqz altaribus apti
sunt · sicut certe ex immudis et animalibus
et neqz cibis neqz sacrificiis denotatis es
Per mariam etiam designari potest et per
Joseph sponsum eius epus propter quod a
nulum habet sicut sponsus · Et sicut ma
ria fecunda fuit · no tamen a Joseph spo
so · sed a spiritu sancto sic et etiam fecun
ditatem gracie habet ecclesia · Ihs ascendit
tendendo in bethleem ciuitatem sua scilicet
celestem et profitente omni imperatori ex
hibere seruicium · Etiam vero in qualibz
bona persona parit filium · quando bo
num prius conceptum perducit ad effectum
et pannis involuit · quando ab humanis
laudibus hoc abscondit · et in presepio
reclinat · quando ex bono opere no ele
uatur · sed se magis humiliat · Pastores
etiam dnm angeli circumsteterunt · etiam
visitati adorauerunt · Et pastores erat in
regione eadem vigilantes super gregem
suum per vigiliare scilicet iuxta turrim qua

dam inter ihrlm et bethleem · vbi Jacob ve
niens de mesopotamia · moratus e cum grege
suo · vbi mortua et sepulta e Rachel · et turris
gregis dr · Vbi etiam in ecclia · tria pastorum
illorum monstrant monumenta · Et ecce ange
lus domini circa quartam vigiliam noctis ve
nit ad eos/ diuiditur enim nox in quatuor vi
gilias · et stetit iuxta illos in veste candida
et facie rutilanti et lucida · Et creditur fuisse
Gabriel q virgini conceptum verbi nuncia
uerat · vnde ipse amplius ceteris gaudebat
de impletione eius · quod dixerat · ante
omnes se agebat vt xpi natiuitatem predi
caret · Et claritas dei circumfulsit illos vndiqz
in corpore et interius in mente/ in signum
q ortus erat sol iusticie · et in tenebris lu
men rectis corde · et appropinquabat clari
tas glorie · Ideo ergo lumen angelus attu
lit · quia eum nunciare venerat · q e lux
vera · q omnem hominem illuminat · Magis autem
apparuit angelus pastoribus · quam aliis ge
neri hominum/ Primo quia pauperes propter
quos xpus veniebat · secundum illud ps.
propter miseria inopum · et gemitu pau. v.
Secundo quia simplices iuxta illud prou.
et cum simplicibus sermocinatio eius //
Tercio quia vigiles · secundum illud pro.
Qui mane vigilauerit ad me inue. me.
Quarto propter misterium · vt significa
tur · quia doctrina debet a pastoribus
et prelatis peruenire ad subditos · Et timu
erunt timore magno · propter insolitam an
geli visionem et subitam claritatem · Et an
gelus eos consolatur dicens nolite timere
Cuius cum subditur causa dicitur · Ecce euangelizo
id est bonum nuncio vobis · scilicet gau
dium magnum quod erit omni populo
i · etiam de cunctis populis scilicet iudeorum et gen
cium colligende · quia natus e vobis i ·
ad vtilitatem vestram scilicet hominum hodie i · isto die
e naturali/ noctem precedentem suppu
tando ad diem sequentem · vnde ex hic

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK · Baden-Württemberg

nox incipit precedere diem · et paruus dicat
hodie · quam hac nocte · quia gaudium renuntiat
mundare · et nox illa sicut dies illuminata
fuit et diuina claritate · saluator adest sa
lutis amator et dispensator · qui est cristus quo
ad humanitatem · dominus quo ad diuinitatem
in ciuitate dd · i · in Bethleem · unde dd erat
erat originem · Cristus grece idem est quod unctus
latine · in veteri autem lege ungebantur
tantum reges et pontifices · cristus vero
Rex est et pontifex · et ideo bene dicitur cristus
i · unctus · non unctione humana sed di
na · quia in humanitate pro nobis assumpta
fuit unctus a deo patre / immo a tota tri
nitate plenitudine gracie · Secundum
no Bedam · aliter angelus mariam · aliter
joseph · aliter pastores instruit · sed ad con
cipiendum et conceptum et natum dominum
testando ut et homines sufficienter imbuat ·
et suum deo seruicium incessanter impendat
Et hoc vobis sit signum more iudeorum qui
signum querunt · Inuenietis scilicet tamquam
absconditum / non se ostendentem · infantem
non fantem et tamen verbum dei existentem
pannis non sericis inuolutum · Ecce eius pau
pertas et habitus vilitas · Et positum in pre
sepio · non in reclinatorio aureo · Ecce eius
humilitas ut dominus dominorum inclinaret se usque
ad presepe animalium brutorum · Et nota
quia pastores erant simplices · pauperes hu
miles seu contemptibiles · ideo ne timerent
accedere · datum est eis signum infancie pau
pertatis humilitatis in cristo · hoc fuit signa
aduentus primi · sed alia erunt signa aduen
tus secundi · Moraliter in hoc instruimur
qualiter et a quibus cristus inueniatur
Certa non nisi a puris et simplicibus
quod respondet eius infancie · et a paupe
ribus · quod tangit · pannorum inuolucio
et ab humilibus · et contemptibilibus · quod
respondet eius in presepi reclinacioni
no Que tria comprehenduntur in tribus votis

religiosorum scilicet castitate quantum ad
primum ; paupertate quantum ad secundum
et obediencie quantum ad tercium · Et bene
nato summo pastore · angelus pastoribus
apparuit · et vigilantibus insinuans quales
debeant esse pastores ecclesie · scilicet humiles
et vigilantes · Mistice ergo secundum Bedam no
isti pastores gregum significant doctores et
rectores fidelium animarum · qui vigilant super
vitam subditorum : ne delinquant · et custo
diunt vigilias noctis super gregem suum
ne infernalium luporum morsibus pereat
Nox enim pericula temptacionum inducit
a quibus se suos quos subiectos · omnes qui perfecte
vigilant · custodire non cessant · Et iuxta
illos stat angelus ad eorum custodiam · et
claritas dei circumfulget illos · ad suam et
subditorum direccionem · Et secundum eundem
Bedam · nec solum episcopi · presbiteri diaco
nes · vel eciam rectores monasteriorum pasto
res intelligendi sunt · sed eciam omnes fi
deles · qui vel paruule domus sue custodiam
gerunt / pastores recte vocantur · in quantum eidem
sue domui · sollicita vigilancia presunt · et quicumque
saltem uni vel duobus fratribus · cottidi
ano prest regimine · debet eisdem pastoris
officium implere · quia unicuique in quantum
sufficit · hos verbi dapibus pascere · immo vos
vniusquisque · qui eciam priuatus credit · vice pasto
ris officium gerit · et spirituale pascens
gregem vigilias noctis super illum custo
dit · si bonorum actuum et mundarum cogita
cionum sibi multitudinem aggregans · hanc
iusto moderamine gubernare · et celestibus
scripturarum pascuis nutrire · per vigilique so
lercia contra immundorum spirituum insidias
seruare contendit · Cumque pastores consilio et
auditis mirarentur nec omnis angeli · et testis
auctoritas parua crederetur pro signo · et con
cordia testimonii · subito facta est cum ange
lo · qui tamquam principalis inter alios nunciauerat
natiuitatem cristi · multitudo milicie celestis

id est angelorum, qui nomine milicie designantur
quia pro salute hominum cum demonibus
preliantur. Vel quia natus est rex celestis,
ideo multitudinem angelorum nomine mi-
licie designat. Quia vero dux ad prelium
natus est, ideo eam secundum aliam litteram
exercitum appellat. Laudancium deum, quia
prima voce de Christi nativitate eo quod per ipsum
sperabant homines ad salutem deduci et
ruinam angelorum reparari. Et in honore
dei vina benedictione dicencium: Gloria in
excelsis deo, id est in celis, quia licet eius glo-
ria ubique reluceat, maxime tamen in celo em-
pireo, ubi est angelorum et sanctorum habitacio.
Et qui dicitur in terris a multis despicitur,
sed in celis ab omnibus glorificatur. Et in
terra pax hominibus, non quibuscumque,
sed bone voluntatis, id est eis qui bona volun-
tate Christum natum susceperunt, non persecuntur.
Non enim est pax impiis, sed pax multa di-
ligentibus nomen domini. Nam secundum
Leonem papam: christiano vera pax est a dei
voluntate non dividi et in hiis solis que
deus sunt delectari. Sed deum quippe pacem
habere est velle quod iubet et nolle quod
prohibet. Pax ergo nunciatur hominibus
bone voluntatis, id est hominibus bonis. Per
bonitatem enim voluntatis dei homo simpliciter
bonus magis quam per bonitatem aliarum
potenciarum anime, quia voluntas movet a-
lias [potencias] per proprias actus suos, et ideo boni-
tas eius vel malicia in omnes alias redu-
dat potencias, sicut influencia cause mo-
ventis in motis ab ipsa. Malis autem ho-
minibus non est pax, quia non est pax impi-
is. Et hoc etiam verbo angeli patet quod
illa pax, que principaliter per prophetas predicta
fuit futura in adventu Christi, erat pax in-
terior bone voluntatis, quia secundum
quod dicitur in proverbiis: non contristabit iustum
quidquid ei acciderit. Pax autem tem-
poralis, que fuit in adventu Christi pacata

omnibus gentibus sub imperio Romano,
fuit figura huius pacis principaliter in-
tente. Et bene dicitur Gloria deo et pax
hominibus, quia per Christum est pater
glorificatus et pax facta inter deum
et hominem ac inter angelum et hominem
et inter iudeum et gentilem. Laudamus
te etc. [2 ecci], que sequitur in hoc cantico, creditur
Hylarius addidisse. Et Anastasius papa
secundus instituit ipsum cantari in missa
diebus dominicis et festivis, quia est can-
ticum gaudii et exultacionis. De gau-
dio huius diei dicit Cassiodorus super
illud psalmi: Hec est dies quam fecit dominus.
Licet in quo deus cunctos dies creavit,
singulariter tamen hunc diem fecisse dicitur,
quia Christi domini nativitate sacratus est, in quo
merito exultare convenit et letari, quia
in eo diabolus ius perdidit et salutem
mundus accepit. Et nota quod multitudo
celestis angelorum nunciati sociata est, ut
multitudo adiciens dictum angeli confir-
maret. Et secundum Bedam, uno evange-
lizante angelo multitudo in consonam
laudem prorumpit creatoris, et officium
suum deo impendens, et nos suo exemplo
instruens ut quociens [fratrum] edificaci-
onem ex factis ore audimus vel ipsi que
pietatis sunt in mente nos ad mentem redua-
mus, statim deo laudes corde, ore et
opere reddamus, et aperte demonstrans
quod per hanc nativitatem homines omnes fidei,
spei et dileccionis atque ad gloriam di-
vine laudacionis essent convertendi.
Deinde ascendentes angeli in celum
cum iubilo et canticis nunciaverunt
hec similiter civibus suis. Tunc tota igitur
superna curia exhilarata magnoque festo
facto ac laudibus et graciarum accio-
nibus deo patri exhibitis convenit [orbes]
omnes ordines suos unde faciem domini dei
sui et adorantes eum et matrem Christi cum

no

omni reverencia laudes eidem personabat
et cantica. Civis enim eorum talibus auditis
novis remansisset in celo qui visitasset
dominum suum sic humiliter constitutum in
terra. In nullo cadere potuisset hec tanta
superbia unde apostolus et cum introducit
primogenitum in orbem terrarum dixit
Et adorent eum omnes angeli dei. Unde Augustinus
In stabulo nascitur et a matre maria vili
fascia cingitur et in presepio reclinatur.
Non erat ei cedrina domus nec lectus e-
burneus in quo pareret creatorem et omni-
potentem redemptorem. Ideo velud exul
et peregrina in aliena domo mundi dominum
peperit et tamquam femina pauper non
sericis sed pannis vilibus involuit et
in presepio collocavit. Quem vero peperit
statim ut deum adoravit. O stabulum
felix presepe beatum in quo nascitur
cristus et reclinatur omnium deus. Ibi fuerunt
obstetrices angelice potestates et plausu
angelorum ibi erant millia milium exul-
tancium. Ibi vagiebat xpistus in stabulo
et fiebat leticia magna in celo. Plora-
bat in presepio xpistus et tamen de xpisto
exultat multitudo celestis exercitus re-
sonans gloriam deo in altissimis et in
terra pacem annuncians hominibus bone
voluntatis quia bonitas celi nata erat
in terris. Descenderat pax vera de celo
et inde angeli gratulantes decantant glo-
riam in altissimis deo. Exultant angeli
contremiscit maria mater dei effecta.
Gaudent angeli de xpisto tripudiando sacra-
re in quem stat mater cum magno
tremore et cum timore exultat. Timida
precurat hoc Augustinus. Post hec pastores lo-
quebantur ad invicem dicentes. Trans-
eamus usque bethleem de qua nobis dictum
est et videamus oculis nostris hoc ver-
bum id est istam rem dignam verbo vel
recordatione que res facta et completa

i. cum exultacione et p̄p̄s̄ etc.

est quia eam dominus fecit quia alius facere
non potuit et ostendit id est revelavit
nobis. q. d. videamus puerum natum per
verbum angeli nobis signatum. Verbum no
enim vel sermo in sacra scriptura sepe
pro re digna verbo accipitur ut in ysaia
non erat verbum in domo sua id est res
grandis. Quod nobis ostendet eis vel videamus
hoc verbum quod erat in principio apud
patrem quomodo caro factum est quia cum caro
domini nostri videtur, quod filius est quod factum [vel verbum videtur p̄]
est quod tota trinitas incarnaci constituit.
et sic factum hominem et mortalem ostendit
nobis quia in deitate videri non poterat.
Et venerunt festinantes principaliter ex vehe-
menti gaudio et desiderio videndi infan-
tem natum et verecundacio ut citius re-
diret ad gregem suum sine custodia di-
missum. In quo notatur eorum devocio et sol-
licitudo querendi. Nemo enim cum accidi-
dia querens xpistum invenire meretur. Ad quem
quandam Beda festinant ut est non pe-
dum gressus accelerare sed in fide semper
ac virtute proficere. Et invenerunt mariam
et Joseph et infantem positum in presepio. +
Invenitur xpistus cum maria virgine et
Joseph viro iusto et in presepio per quod
docemur quod qui vult invenire xpistum debet
habere mundiciam cordis respectu sui
quod per mariam virginem iusticiam
respectu proximi quod per Joseph iustum
et humilitatem ac reverenciam respectu dei quod
per humilem presepium innuitur. Inveniunt
autem xpistum mediante maria et Joseph id est
contemplacione et actione in cuius figu-
ram Jacob qui et Israel id est videns deum
dictus est utramque uxorem scilicet rachel
et lyam habuit. Videntes autem oculis
corporalibus et exterius puerum secundum carnem
nem cognoverunt cognicione intellectuali
et per fidem interius de verbo id est de filio
dei dictum esse quod dictum erat illis

+ Ex habundancia quippe pacis quia tunc homines gaudebant et propter hospi-
tum superveniencium frequenciam porte non claudebantur. Ideo pastores nocturni
intrare et ad puerum venire poterant. Invenerunt ut dicitur etc.

de puero hoc. Et sic per cognitionem humanitatis venerunt ad cognitionem deitatis, quia ut predictum est non solum exterius, sed etiam interius fuerunt illuminati de cognitione verbi incarnati. Et adorantes puerum referebant que ab angelis audierant. Et omnes qui audierunt mirati sunt et de incarnationis misterio et de pastorum attestatione. Moraliter ex premissis notandum quod volentibus spiritualiter invenire Christum tria sunt necessaria, scilicet colloqui per meditationem spiritualem, transire per contemplationem creaturarum, festinare per degustationem gratiarum. Vel volentes invenire Christum debemus colloqui per puram confessionem, transire per carnalium et temporalium abiectionem, festinare per ferventis desiderii accelerationem, et hoc usque in Bethleem id est domum panis per divinorum degustationem. Et tunc inveniemus Christum in presepio cordis nostri per deliciosam sue presentie exhibitionem, cuius delicie sunt esse cum filiis hominum. Moraliter etiam et magis proprie per Bethleem que interpretatur domus panis, patria celestis designatur, quia ibi est ille beatus panis de quo in Luca dicitur: Beatus qui manducat panem in regno dei. Ad hanc Bethleem triplex transitus requiritur: primus est de vitiis ad virtutes, secundus de virtute in virtutem, tertius est ex hoc mundo ad patrem, sive de morte ad vitam. Igitur secundum consilium Bede transeamus etiam nos exemplo horum pastorum usque in Bethleem civitatem David, cogitando et recolamus amando et incarnationem Christi dignis honoribus celebrando. Transeamus et abiectis carnalibus concupiscentiis toto desiderio mentis usque Bethleem supernam id est domum panis vivi, non manufactam sed eternam in celis, et recolamus amando quia verbum caro factum illuc carnem ascendit, ubique sedet in dextera patris. Illuc cum tota virtutum instantia sequamur et pulsata cordis ac corporis castigatione

procuremus, ut quem illi in presepio viderunt vagientem, nos in patris solio mereamur videre regnantem. Non est tanta beatitudo cum desidia ac torpore querenda, sed alacriter sunt Christi sequenda vestigia. Et sicut illi videntes cognoverunt, sic et nos que dicta sunt de salvatore nostro plenius diligere festinemusque amplecti, ut hic in futuro perfecte cognitionis eius et comprehendere valeamus. Maria autem prudentissima conservabat in scrinio pectoris sui omnia verba hec, scilicet de annuntiatione angelica, de exultatione quam Iohannes in utero, de ortu salvatoris, de cantico angelorum, ac de apparitione et fide pastorum, conferens ea in corde suo cum scriptis prophetarum. Ecce ergo optima discipula, que audita conservabat memorie commendando, et omnino nichil oblivioni dando, et conferens observata frequenter repetendo, unde fuit archa continens divinorum eloquiorum archana. Conservabat ergo omnia et memorie commendabat, ut postea ipsa docente et narrante scriberentur et in universo mundo predicarentur. Ab ipsa enim apostoli plurima de gestis domini didicerunt, maxime ea que gessit antequam eos vocaret, et ad ipsam omnes quasi ad magistram recurrebant. Et quia sanctas scripturas legerat et prophetas sciebat, conferebat que secum sunt acta de domino cum hiis que noverat a prophetis scripta de eo, attendens prudenter quomodo prophetie implebantur in puero nato. Conferens ergo ea que in puero fieri videbat cum illis que de eo in oraculis prophetarum legerat, tanto verius eum deum esse credebat, quanto ea que de illo legerat in eo compleri cernebat. Et ista collatio erat ei delectabilis valde et utilis ecclesie, quia secundum Ieronimum ipsa post ascensionem filii sui remansit ad tempus in terris cum apostolis, ut eos plenius instrueret, quia omnia familiarius

viderat et tractaverat · propter quod melius
exprimere poterat · ut enim dicit Jeronimus
quod melius novimus melius proferimus ·
Maria ergo virginalis pudicicie iura custodiens
et non minus pudica ore quam corpore ·
secreta xpi que noverat · nulli divulgare
volebat · sed tacito corde servabat congruum
tempus · quo deus hec divulgare vellet
et quo vellet reverenter expectabat · con
ferens ea que viderat · cum se acta · et que in
scripturis legerat agenda · legerat enim in
ysaia · Ecce virgo concipiet et pariet filiu ·
et videbat se virginem · et concepisse et
peperisse · legerat · cognovit bos possessore
suum et asinus presepe dni sui · et videbat
dei et suum filium · inter hec animalia va
gientem in presepi · legerat egredietur virga
de radice yesse et cetera et videbat se de stir
pe dd' ortam et natam · legerat nazareus
vocabitur puer iste · et videbat se in naza
reth de spiritu sancto concepisse · legerat
et tu bethleem terra iuda · et cetera · et vi
debat se in Bethleem peperisse · Comparat
ergo verba prophetarum · et que legerat factis
et hiis que audiebat et videbat · et in o
mnibus omnium mater sapientie cernit concordia ·
et habet certa fidei ~~documenta~~ argumenta ·
O quantum gaudere poterat · cum se ma
trem dei cognosceret · quia ut dicit Anselmus so
lum de sancta maria virgine predicare quod
dei mater est excedit omnem altitudinem · que
post deum dici vel cogitari potest · Pasto
res autem abierunt cum gaudio ingenti ·
et reversi sunt ad curam · et custodiam gre
gis sui · glorificantes corde · et laudantes
ore deum · tamquam auctorem et opificem
in omnibus id est de omnibus que audierant
scilicet ab angelis et viderant in Bethleem
propriis oculis · sicut dictum est ab angelo · ad
illos id est in hanc gloriam deo · laudes quas
referebant · quod non aliud ~~in~~venerunt in
venerant quam sicut ad illos dictum erat

Ipsi enim de tam eximio beneficio toti mun
do generaliter collato ~~erat~~ et eis specia
liter ostenso · grati existentes · devocionem
suam in laudem dei eructabant · et deum
glorificabant · In hoc eciam reputatur devo
ti · quia post contemplacionem salvatoris ·
revertuntur ad exercicium actionis · In quo datur
forma pastoribus ecclesie · quod aliis dormientibus
debent vigilare · et ire aliquando in Bethleem
contemplacionis · et ad studium sacre scripture
ut ibi pane celesti reficiantur · et refecti pabulo
doctrine · ad pascendum gregem revertantur
Unde in ezech · animalia ibant · et reverte
bantur · vade nunc et tu ad videndum verbum
pro te carnem factum · et genibus flexis ad
ora dominum tuum · ac eius matrem · ac reverenter
saluta Joseph sanctum senem · Deinde osculare
pedes pueri ihu iacentis in presepio · et
roga dominam · ut eum tibi porrigat vel accipere
permittat · Accipe eum ad te · et inter brachia
tua retine · Intuearis faciem eius diligenter
ac reverenter deosculare · et delecteris in eo ·
ex corde · Confidenter hoc facere potes · quia pro
salute eorum venit ad peccatores · et cum eis
humiliter conversatus est · et tandem se eis in
cibum dimisit · unde benignitas dni paci
enter promittit pro tuo velle se tangi ·
nec imputabit presumpcioni · sed amori · Sem
tamen cum reverencia · et timore hoc facias ·
quia ipse sanctus sanctorum est · postea redde ipsum
matri sue et conspice studiose quam di
ligenter et sapienter eum lactat et gu
bernat ac cetera obsequia ei facit · Sta
et tu ad serviendum paratus · et adiuva
eam si potes · In hiis delectari · vacare
et sedule meditari memento · et quantum
potes · sis familiaris dne · et puero ihu · et
intuearis faciem eius sepe · in qua desi
derant angeli prospicere · semper tamen
dico cum reverencia · et timore · ne paciaris
repulsam · de presumpcione · Reputare enim
te debes indignum · in conversacione talium

et tantorum videre dns

et tantorum · vnde Augustinus. Anno matre
cum omni deuocione in Bethleem pro
sequere · et in hospicium diuertens cum
illa assiste et obsequere parienti · locatoque
in presepio paruulo, erumpe in vocem
exultacionis · clamans cum ysaia · paruu
lus natus est nobis · et filius datus est nobis.
Et amplectere illud diuinum et dulce pre
sepium astringet verecundiam amor timore
depellat affectus · vt sacratissimis pueri
pedibus labia figas · et oscula geminnes.
Deinde pastorum excubias mente per
tracta · angelorum assistentem exercitum
admirare · celesti melodie tuas interpo
nens partes · simul corde et ore decantans gloria
in excelsis deo · et in terra pax ho. bo. vo.
vnde Augustinus Angelorum vocem perquam
dominus ihesus cristus · nati virginis partu
pastoribus nunciatus est · cum euangelium
legitur audiuimus gloria in excelsis deo et
in terra pax hominibus bo. vo. Festa vox
et gratulatoria non vnius femine · cuius vte
rus ediderat prolem · sed humano generi
cui virgo peperit saluatorem · Dicamus
ergo et nos · et quanta possumus · cum
exultacione dicamus · dicamus inquam et
nos fideli corde · deuota voce · Gloria in
excelsis deo · et in terra pax ho. bo. vo.
et hec verba diuina · has dei laudes · hoc
angelicum gaudium · quanta valemus
consideracione per spem fide et spe et ca
ritate meditemur · vnde et gregorius
nazazenus Cum pastoribus puerum
venerare · cum angelis hympnum dicito ·
cum archangelis chorum ducito · Exul
ta et si non potes vt Johannes ex vtero ·
certe velud dauid in collocatione arche tes
tamenti tripudia venerare natiuitatem
per quam terrene natiuitatis vinculis
liberatus es · hec gregorius · [illegible]
omnibus cotidie vt videas ihesum in presepio
spirituali scilicet in altari vt carnis

sic iumento merearis cum animalibus
vesci. Et sciendum quod triplex est christi nati
uitas scilicet diuina, humana, gratuita.
Prima est ex patre eternaliter, secunda ex matre
temporaliter, tercia in mente spiritualiter.
Et iste tres natiuitates sumuntur secundum tres
christi substancias que sunt deitas caro
et spiritus · Nam ex patre nascitur deus ·
ex matre nascitur caro · in mente nascitur
per graciam spiritus sanctus. Ex patre nas
citur semper · ex matre semel · in mente
sepe · Secundum natiuitatem diuinam
christus habet patrem sine matre · secundum
humanam habet matrem sine patre.
Secundum gratuitam habet patrem et
matrem · secundum illud Quicumque fecerit vo
luntatem patris mei qui in celis est ipse meus
frater soror et mater est · Has vero christi na
tiuitates representat ecclesia in die natiuitatis
christi · Primam natiuitatem representat
in missa que cantatur in nocte · quia diuina
natiuitas nobis est occulta · Secundam
representat in missa · que cantatur in aurora ·
quia natiuitas humana partim fuit
occulta scilicet quantum ad modum · et
partim manifesta scilicet quantum ad
effectum · Terciam representat in missa
que cantatur in die · quia gratuita na
tiuitas manifesta est in anima in qua
cristus concipitur per affectum · nascitur
per effectum · nutritur per profectum ·
Honora nunc et venerare ciuitatem beth
leem pusillam et minimam · per quam est
regressus patefactus est ad paradisum
et patriam · Hec ciuitas spacio modica
primo dicta est effrata · sed postea facta
est ibi fames magna · qua transeunte facta
est ibidem maxima habundancia · et tunc
vocata est Bethleem id est domus panis
propter euentum habundancie superue
nientis · hec ciuitas non est minima
in principibus Juda · cum in dignitatis ex

nota cellencia. quippe quia consecrata misteriorum
ante Christi adventum. Ibi enim conctus fuit
David. ibi sacrificium solempnizatum. ibi conni
bium ruth et booz celebratum. in quo pre
figurabatur humanitatis et divinitatis
connubium. verum sacrificium et immu
tabile refugium. Item consecrata angelorum
in adventu Christi. O quis digne penset
gaudium angelorum laudancium. pasto
rum videncium. regem adorancium.
populorum credencium. Item consecrata martirum
post adventum Christi. quando herodes fe
cit infantes occidi. Et maxime beata
in germine. quia inde exiit germen nobi
le. scilicet dux et dominator. germen
vile regens populum israel. De huius
civitatis laude sic dicit Ieronimus. O Beth
leem parva. sed magnificata a domino. magni
ficavit te qui factus est ante parvus et mag
nus. Vive civitas si audiat. non invi
deat preciosum illud stabulum et illud
presepium. Gloriam ubique gloriosa dicta
sunt de te civitas dei. ubique cantatur
nota quia homo natus est in ea. et ipse funda
vit eam altissimus. hec Ieronimus. In hac
civitate est sancta et venerabilis ecclesia mire
pulchritudinis et devocionis. ecclesia cathe
dralis consecrata in honore beate ma
rie virginis quam edificari fecit. beata he
lena mater constantini imperatoris
in qua est cripta. et in illa pulcherri
mum altare marmoreum. in loco ubi
virgo maria peperit. et cristus nas
ci voluit. Est eciam in ipsa ecclesia ca
pella pulcherrima et devota in qua
erat illud presepium venerabile et
divinum. In eadem ecclesia est sepulchrum
innocentum et sepulchrum beati Iero
nimi. Ibi eciam beata paula et eus
tochium requiescunt. Ibique est cisterna in
qua stella duxit magorum dicitur recidisse
hanc sanctam et deo dilectam civitatem

Nota. Bethleem est sita in monte longo sed arto ab oriente se extendens in occidentem in cuius fine orientali sub rupe quadam que erat in quadam dispersio illuxit nobis sol iusticie Christus dominus noster et sic occidentem ad [illegible] ubi que pedes erant presepe iumentorum in quo dulcis puer ille fuerat reclinatus. [illegible]

Beatus Ieronimus preelegit. ut ibidem
domino deserviret. Beata eciam paula et
eustochium filia eius. cum multis virginibus
in monasterio sancti monialium. de servicio
et divine contemplacioni devotissime vaca
tes. refugium mundi et omnem eius ornatum
propter amorem domini nostri ihesu christi. et loca de
vocionis contempserunt. Multi quoque celitus
quidem desiderio terre sancte et de terra et de
cognacione sua et de domibus parentum suorum
exierunt. licet turba et tumultus homi
num plerumque religiosis sint impedimentum. ma
luerunt tamen inter turbas populorum cor
poraliter habitare. quam sanctarum civitatum
quas cristus specialiter elegit. scilicet Ieru
salem. Bethleem. et Nazareth. que tamquam
celle aromatice salvatoris conversacionem
redolent habitacione privari. In Nazareth nota
enim de spiritu sancto ex maria virgine
fuit dominus conceptus. In Bethleem natus.
In ierusalem pro salute nostra crucifixus
mortuus et sepultus. In Bethleem scilicet
ergo adam est natus. de qua ad orientem miliaria
vel circa cum austro est ebron civitas. ubi in
agro damasceno fuit primus adam. de
rubea terre formatus. de quo agro ad iac
tum arcus est spelunca duplex. ubi ipse ada
cum coniuge sua est conditus et sepultus
et tres magni patriarche. scilicet Abraham
ysaac et Iacob cum coniugibus suis. Fuit
autem nativitas domini in veteri testamento
prefigurata in rubo incombusto. Inaudita
ergo debes cum gaudio quanta sit hodierna
solempnitas. hodie namque natus est Christus
et sic verus est. dies natalis regis eterni. et fi
lii dei vivi. hodie puer natus est nobis.
et filius datus est nobis. hodie sol ius
ticie qui in nubilo erat. clare refulsit.
hodie sponsus ecclesie electorum caput de
thalamo suo processit. hodie speciosus
forma pre filiis hominum desideratam faciem
suam ostendit. hodie illuxit nobis.

+ Christus itaque natus est ut captivum hominem liberaret. Et prefiguratum fuit in pincerna pharaonis. cui in carcere videbatur quod coram se vitis crescebat in qua erant
tres propagines sive rami que cepit florere et uvas producere quas in calice pharaonis expressit et poculum pharaoni offerebat. [illegible] in carcere post tres dies
liberatus est. Sic cum genus humanum in [illegible] sustineret captivitatis vinculum. Christus vitis sancta ex maria excrescebat qui in se tres propagines scilicet carnem
animam et deitatem habebat vel tres propagines sunt tres persone sancte trinitatis. Tercia vero die post [illegible] sanguinis sui in cruce est expressum et regi celesti est
oblatum. tunc genus humanum de captivitate est egressum. Hoc vinum regi celeste [illegible] [illegible]
[illegible] regi celesti pro mundi offensa offerunt quod cotidie a mundo offenditur. Sicut cum Christus nascitur vinee engadi floruerunt [illegible]
[illegible] Christi figurata est in virga aaron que floruit et fructum amigdalum produxit. Sic cum virga illa [illegible] sic maria
[illegible] filium generavit. Virga aaron produxit fructum sine plantacione. maria genuit filium sine virili commixtione. Integra amigdalum [illegible]
[illegible] in testa carnis Christi dulcissima deitas abscondita erat. In virga aaron [illegible] frondium viriditate sic maria [illegible] viriditate [illegible]
[illegible] pietatis et ubertate [illegible] faciente. [illegible] Christi videns [illegible] paginis [illegible] quod omnes homines [illegible]
[illegible] toti mundo dominabatur et [illegible] romanis [illegible] deus reputabatur. Sibillam [illegible] consulebat [illegible] mundo aliquis eo maior [illegible]
Eodem autem [illegible] Christus in iudea nascebatur sibilla circulum aureum [illegible] solem contemplabatur in quo circulo pulcherrima virgo residebat [illegible]
[illegible] speciosissimum in gremio gerebat. Quod illa cesari Octaviano monstravit. et regem potenciorem [illegible] esse intimavit. [illegible]
[illegible]

dies redempcionis nostre. reparacionis a
que felicitatis eterne. hodie pax e nun
ciata nobis hominibus. vt canit' cum
preconio angelico qui hodie e factus.
Hodie vt cantat eccia per totum mundu
melliflui facti sunt celi. hodie appar
uit benignitas et humanitas saluatoris
nostri dei. quia vt dicit Bern. potencia
apparebat in rerum creacione. sapia vero.
in earum gubernacione. sed benignitas mi
sericordie nunc apparuit in humanitate.
Hodie adoratus e deus / in similitudine
carnis pcti. hodie et nos cum xpo sumus
confirmati. quia generacio xpi origo e xpi
anorum. Hodie illa duo miracula coruscant
que omnem superant intellectum. et
sola fides apprehendere potest. scilicet quia
deus nascitur et virgo parit. hodie aliorum
miraculorum claruit multitudo. Denique
omnia que de incarnacione dicta sunt. quia
si hic clarius elucescunt. ibi inchoata. hic
manifestata videas. inter illa. ac ista
coniuncte et applicata. Merito ergo e ista dies
gaudii et exultacionis. ac leticie magne
memoria. Oracio

Ihesu dulcis qui de ancilla hu
mili. humilis natus. te humili
natum humilitatis pannis
inuolui et in presepio reclinari voluisti.
da michi clementissime dne. per tuam i
nenarrabilem natiuitatem. renasci in
me noue vite sanctitatem. et sic sub
habitu et pannis mee religionis humili
dei. vt inter acta regularis discipline
studia velud in quodam presepio reclina
tus ad culmen vere humilitatis valeam
attingere. et qui nostre humanitatis et
mortalitatis fieri dignatus es parti
ceps. da michi tue diuinitatis et
eternitatis esse participem Amen.
Sequitur festum

De circumcisione dni capitulum x

Postquam autem consu
mati et completi sunt dies octo
saluatoris a natiuitate dni vsque in
circumcisionem computando. vt
circumcideretur puer secundum legis precep
quia hoc erat tempus circumcisionis depu
tatum. vocatum et declaratum e nomen
eius Ihesus. id est saluator quod in circum
cisione solebat nomen imponi. quod scilicet
nomen iam ante impositum a deo voca
tum idest prenunciatum e ab angelo. prius
quam in vtero saluatoris genitrix conciperet
de spiritu sancto. Ritus circumcisionis
a beato patriarcha Abraham exordium
sumpsit. quando et nominis amplifica
cionem accepit. Nam cum signaculo cir
cumcisionis augmentum et immutacionem
promeruit nominis vt qui prius dicebatur
abram. i. pater excelsus. deinceps ob me
ritum fidei diceretur abraham id est pater
multarum gencium. Nec solum ipse. sed e
ciam venerabilis vxor eius. augmentum
nominis cum immutacione promeruit.
vt que prius dicebatur sarai. id est princeps
mea et domus sue tantum. deinceps
diceretur sara id est princeps omnium vocta
credencium feminarum. Et hoc ergo in consue
tudinem venit quod ad huius rei imitacionem
noia imponerentur pueris in die circumci
sionis eorum et sicut puero Ihesu e factum.
Ab humilitate ergo que e radix et cus
tos virtutum Ihesus sumens inicium cir
cumcisionis accepit signaculum. vt qui
te sanguinis sui precium non tardas
effundere / se tuum verissimum saluatorem
ostendat patribus tam verbo quam
signo repromissum. eisque assimilatum per
omnia preter ignoranciam et peccatum
Duo magna hodie sunt facta. primum
quod nomen saluatoris Ihesus e manifestatum
quod ab eterno sibi erat impositum et
ab angelo priusquam in vtero conciperetur